1690 Ab 20.


Joannes Tertius DEi Gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithuaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masouiæ, Samogitiæ, Kyouiæ, Volhyniæ, Podoliæ, Podlachiæ, Liuoniæ, Smo: Seuē: Czerniq;

13955 / 24 Dpp

Nobiles et spectabiles Fideliter Nobis dilecti. Ortum et quævis incrementa Regiarum felicitatum plurimum de natura splendorum sideris cœlestis participare; quod se vbique diffundi, et ab vniuersis, siue precationibus, siue admiratione, cerni gestiant. Non patitur esse dissimilis noua, quam Diuina confert benedictio, in Sermam Domum Nostram; prosperitas feliciter conclusi contractiq; Matrimonij Sermi Principis Domini Iacobi Primogeniti Nri Charissimi cum Serma Electorali Principe Domina Elisabetha Neoburgica. Postquam enim eadem plenos euentus sui tam intra, quam extra Regnum effuderit plausus; par est ut in Ciuitate quoque FF. Vestrarum sit solennis, diesq; actui Hymænealj 25. Mensis Februarij Anni sequentis præfixus, talem animorum et communicatæ lætitiæ FF. Vestrarum referat expressionem; qualem fidus ac sincerus subditorum, erga Principum prospera, exhibere consueuit amor. Cuius à Fidelitatibus Vestris semper certi; easdem optimè valere iubemus. Dabantur Zolkieuiæ, die XX Mensis Xbris. Anno Dni MDCLXXXIX. Rni verò Nri XVII Anno.

Joannes Rex

J. F.



Nblibus & Splibus —
Proconsuli, Consulibq —
Totiq Magistratui Ci-
uitatis Nrae Regiae
Caunen: Fideliter No-
bis Dilectis.

31



List Nay Jasn: Krola Jana donaszaiąc
Miastu o ożenieniu Krolewicza Jacuba
z Księżniczką Neuburską